

CHRISTIANVS LVDOVICVS
LIEBERKÛHN

12
272.

IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR, IN REGIO ACADEMICO
SEDINENSI GYMNASIO IVRIVM PROFESSOR P. O.

AD LECTIONES SVAS
PER SEMESTRE AESTIVVM HABENDAS
IVRIVM CVLTORES INVITAT.

17741.

AC SIMVL

DE EXPERIMENTO VESICAE

AD ILLVSTRANDAM OBSERVATIONEM LXVII NOVI IVRIS
CONTROVERSI FRIDERICI DE BEHMER

PAVCA PRAEFATVR.



SEDINI

EX OFFICINA EFFENBARTIANA.

CHRISTIANVS LVDOLVICVS

LIEBERKÛHN

PHYSICVS DOCTOR IN REGIO ACADEMICO
MEDICINÆ GYMNASIO IUVENI PROFESSOR E. O.

AD LECTIO NES SVAS
PER SEMESTRE ARBITRIUM HABENDAS
ITAM CALTORES INVITAT.

AC CIVIT

DE EXPERIMENTO VESICAE

AD ILLUSTRANDAM OBSERVATIONEM LXXVI NOVI IANIS
CONTROVERSI IUDICII DE ERRE

PVCA PRÆPARATA.



SEDI NI

EX OFFICINA STREMPERIANA.

die
-i-
-o-
-i-
-a-
-b-
-c-
-d-
-e-
-f-
-g-
-h-
-i-
-k-
-l-
-m-
-n-
-o-
-p-
-q-
-r-
-s-
-t-
-u-
-v-
-w-
-x-
-y-
-z-
Puln
ferta
hac
fuisse
quae
rot
rum
facili
est a
verb
perin
stati
expe
lustr
a C
nali
tels





rodiit ante biennium et quod excurrit, dum in Regia Fridericiana dies litteris sacros transegi mea de experimento

Pulmonum natantium et submergentium dis- fertatio. Non ingrati- am illam post tot de hac materia exstantia scripta orbi erudito fuisse vehementer laetor. Stiti generalia quaedam eaque genuina principia apta ad tot sibi contradicentes Ictorum et Medicorum opiniones conciliandas; qui certe nec facilis nec incundus fuit labor. Sed non est animus de exantlato hoc labore rursus verba facere; de nouo potius vesicae experimento eiusque natura festinante calamo statim pauca adiciam. Primus qui huius experimenti mentionem iniecit est vir Perillustris FRIDERICUS DE BEHMERICUS olim a Consiliis Secretioribus in supremo tribunali Berolinensi; qui ab longissimis inde tem-

poribus totius Lieberkühniana gentis fuit fautor et amicus. En viri laudari experimentum concernentia verba; quae in observatione 67. pag. 438. Novi Juris Controversi legi possunt:

— praecipue cum ipsi (sc. Pulmonum Experimento) iungi possit aliud, nonnullis a Medicis securius reputatum, vesicae scilicet, quae si post obitum partus repleta est deprehensa, hoc volunt esse indicium, partum fuisse exclusum mortuum, quia si respiravit unquam exclusus, in mortis articulo evacuatür vesica. Cum hic nihil certi in Tractationibus Medicis, quantum earum mihi fuit ad manus, deprehendi, consului desuper amicissimum meum MEKELIVM, (cuius in Medicina aequae ac Anatomia eminentissima merita, invidia non obstante penetrare merito ad Gallos vsque et Anglos, insigni admiratione eum colentes, ut idem evenit olim Coinquilino meo amatissimo LIEBERKÜHNIO, foras magis culto, quam domi, quod ipsum hi viri omnino pressis,) iste doctissimus atque experientissimus MEKELIUS affirmavit mihi, certitudinem huius vesicae argumenti cessare in partu paralyti extincto.

Nemo rationalis Medicus quem vera antiqui experimenti natura non fugit; tutius esse atque praefendum vesicae pulmonum experimento affirmabit. Etsi enim quoque vesica parvuli post haustum aerem interfecti, semper vacua esset ab omni yrina; quod vero male uti mox evidenter apparebit Medici affirmant; tutius tamen ex hoc fundamento non esset

esset pulmonum experimento nouum. Vesica vacua ab omni vrina enim nihil aliud monstrare potest quam fetum extra vterum vixisse: hoc vero suo modo pulmonum natatio quoque probat. Licet enim stricte pulmonum natatio signum tantum sit aerem pulmones intrasse; nunquam tamen praesumendum erit infanticidas ore fetus syncopizantis aerem inhalasse. Id vero vnica est via per quam aer pulmones excepta respiratione intrare potest. Nec vaginalis respiratione admittenda in fetu obiecto inquisitionis criminalis, licet ipsam vaginalem respirationem, cum ROEDERERO atque WRISBERGIO contra HEISTERI aliorumque obseruationes negare mearum partium non esse puto. Talis vero fetus qui in vagina respirauit, cum nunquam aliter nisi obstetricaria ope educi queat, obiectum inquisitionis criminalis nunquam esse potest. Inde reuera natatio pulmonum aequae certum est indicium, fetum extra vterum vixisse; ac esset vesica si post respirationem fetus interfecti semper esset vacua. Vesica vero repleta, nisi constar fetum violento modo vitam amisisse; certum de eius post mortem facta exclusione dicitur indicium. Me vero id maiori iure de pulmonum experimento affirmare potuisse, statim enucleabo.

Taceo Experimentum in Partu Paralyti extincto teste MEKELIO cessare. Grauius enim argumentum contra experimenti fidem, idque inuincibile adest. Incidi ante annum

VI

in haec BEHMERI verba, atque statim veniebat in mentem, me in Sectionibus pulmonum experimento gratia, cum amantissimo NIEMANNO meo, cuius praeclara doctrina certissime angustis patriolae limitibus non inclusa manebit, institutis; saepissime vesicam vrinariam in Canibus viuis suffocatis repletam observasse. Putabam vero maioris certitudinis gratia nova summa cum circumspectione instituenda esse experimenta. Inde absente NIEMANNO, quem paulo ante Berolini ex amplexibus meis dimiseram pericula mea reiteravi. Canis parturientis primum parvulum statim cum paululum respirauerat suffocavi. Emitit quidem vrinam, cultro anatomico vero subiecti non plane vacua sed admodum repleta fuit vesica. Idem in alio parvulo post longius a tempore editionis intervallum suffocato observavi. Duo vero ante haustum aerem necati secundum postulata Behmeri vrinam emisissent nullam. Monstrant haec pericula vix unquam felici cum successu novum experimentum applicari posse in Sectionibus parvulorum. Si enim quoque sagacissimi essent Medicus et Chirurgus secans, nunquam tamen ex vesica repleta, vel vacua Iudicium omni exceptione maius de vitalitate partus, ob quantitatem vrinae, quae in vesica haud infrequenter adest, ferre possent. Exulare igitur merito novum experimentum fragile atque incertum plane debet e foris nostris et Medicorum.

Haeste-

Hactenus de Experimento vesicae. Monet enim Chartae angustia properandum esse ad id cuius causa haec a nobis conscripta sunt. Ad vos igitur HONORATISSIMI COMMILITONES mea sese dirigit oratio. VOBIS pro more in lycaeo nostro seruato, lectiones meas per hoc semestre aestiuum Iubente VIRO ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMO PERILLVSTRE LIBERO BARONE CAROLO ABRAHAMO DE ZEDLITZ, STATVS ET IVSTITIAE MINISTRO ACTVALI INTIMO, STATORE SEDINENSIVM MVSARVM, instituendas significabo.

HORA IX — X. *Diebus Lunae, Martis, Iouis et Veneris* explicabo IVS NATVRAE ad ductum SYSTEMATIS ELEMENTARIS VNIVERSAE IVRISPRUDENTIAE NATVRALIS DAN. NETTELBLADT. Prodiit vlt. edit. HALAE 1767. 8vo.

HORA IX — X ET II — III. *Die Mercurii* Enucleabo latinis verbis quaedam memorabilia Ius Romanum illustrantia; veterum qui naufragium euaserunt auctorum, loca.

HORA IX ET II — III. *Die Saturni* docebo, (antiquitatum romanarum iuridarum doctrina hieme praeterita in praelectionibus ad Institutiones Iustinianicas plenissime absoluta,) PATRIAS ANTIQVITATES
viam

viam praeunte IO. VL. CH. TRE-
SENREUTERO in ANTIQVITATIBVS
GERMANICIS COMPENDIO ADORNATIS.
GÖTT. 1761. 8vo.

Nec iis deero sine vlla spe praemii, qui
disputatoria desiderabunt.

Velitis COMILITONES HONORATISSIMI
hisce praelectionibus frequentes et cum dili-
gentia interesse. Auspicia omnium Prae-
lectionum fient die xviii Ap. Caeterum va-
lete. *Datum e Musaeo in Regio academico Sedi-
nensi Gymnasio. D. v. Apr. MDCCLXXII.*




Stettin, Diss., 1713-74

ULB Halle
005 359 66X

3







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

CHRISTIANVS LVDOVICVS LIEBERKÜHN

12
272.

IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR, IN REGIO ACADEMICO
SEDINENSI GYMNASIO IVRIVM PROFESSOR P. O.

AD LECTIONES SVAS
PER SEMESTRE AESTIVVM HABENDAS
IVRIVM CVLTORES INVITAT.

1774/1

AC SIMVL

DE EXPERIMENTO VESICAE

AD ILLVSTRANDAM OBSERVATIONEM LXVII NOVI IVRIS
CONTROVERSI FRIDERICI DE BEHMER

PAVCA PRAEFATVR.



SEDINI

EX OFFICINA EFFENBARTIANA.

